Incipit deuota meditatio domi
ni petri episcopi cameracensis super
psalmū In te domine speraui. non
confundar in eternum: in iusticia tu
a libera me. Inclina ad me aurem
tuam: accelera ⁊ cetera.

t erret me domine de
us meꝰ / terret me vi
ta mea / terret ⁊ mors
mea. Terret vita me
a. quia infructuosa
et sterilis. Terret mors. quia do
lorosa ⁊ horribilis. Terret pn̄s vi
ta. quia vacua bonis. Terret mors
futura. quia plena malis. Heu me
miserum. terribilis est presens vi
ta. terribilior mors transitoria. ter
ribilissima mors eterna. ideoq; vi
uere erubesco et non pertimesco.
Et dum tedet animam meam vite
mee. amplius tedet et piget mor
tis mee. Quid ergo? Nunquid
ideo desperabo? Absit Sed dicam
cum psalmista dauid. In te domi
ne speraui: non confundar ineter
num. Conuenit timori spem iun
gere Congruit ergo timori terrori
q; meo psalmꝰ iste. cuiꝰ titulꝰ est. in
fine p̄s dauid pro extasi O me feli
cem / o terq; quaterq; beatum. si in
fine dierum meorum cum sācto da
uid hūc psalmū cantare valeā ꝓ ex
tasi / hoc est pro pauore malorum
meoꝝ. vt sic mala mea paueā / ꝙ de
bona dei mīa non diffidam. Sed
sic assit humana turbatio / vt non ab
sit diuina cōsolatio Q̄ ⁊ de malis
meis pauens timeam / hoc meum
est. sed ꝙ bona sperem / donū dei ē
/ Vtinam ergo extaticum terro
rem. vtinam terrificum timorem ti
midūq; pauorem meum / spes mo
desta comitetur ⁊ temꝑet: vt sic dice
re audeam In te domine speraui. et
bene in te non in me / non in mea ꝫ
in tua virtute speraui. quippe quia
maledictus est qui confidit in homi
ne. Quia confusus est qui spem po
nit ī humana potentia seu virtute.
ideo quia in te ⁊ tua diuina virtute
speraui. non confundar ineternum
Quid est ineternum non ꝯfundar?
nisi quia eternam confusionem non
paciar? Est enim temporalis que
dam confusio que valde prodest. il
la videlicet perturbatio animi consi
derantis peccata sua. ⁊ ex considera
tione horrentis / et ex horrore eru
bescentis. et ex erubescentia corrigē
tis. Hac igitur cupio desideroq; cō
fundi. vt ab eterna confusione vale
am liberari. ideoq; suppliciter de
precor. in iusticia tua libera me Ve
ve et iterum ve michi domine / quia
non in mea sed in tua iusticia potes
me liberare. quia meam non inue
nis nisi superbam et falsam. et il
li similem de qua dicitur ignorātes
dei iusticiam et suam volentes con
stituere. iusticie dei non sunt subiecti
Si ergo attendis ad iusticiam me
am dampnes me. ideo in iusticia
mea non liberas. Nam iusticia ho
minis est / qua suis viribus putat se
iustificari / non credens gratis saluari
Absit a me dn̄e absit a me hec iusti
cia obsecro / heu veriꝰ / iusticia seuissiā.

contra te ferens arma Sit sit in me
potius illa humilis confessio. gracia
dei sum id quod sum. Quare gracia?
Quia gratis data Quare gratis da
ta? Quia merita mea non precesse
runt sed beneficia tua preuenerunt.
Nec inuenit in me gracia tua meri
ta beatorum que coronet. sed demeri
ta malorum que dampnet. In hac er
go iusticia tua / in hac gracia michi
gratis data. libera me Quia hec so
la liberat dum iustificat impium a sua im
pietate. et iniustum a sua iniquitate
conuertit. Sed quia spes que differtur
affligit animam. non satis puto dictum es
se. in iusticia tua libera me/nisi iterum
festinus subiciam. Inclina aurem tuam
michi. accelera vt eruas me Habes
domine aurem iusticie. habes et aurem
misericordie. de quibus vir iustus ait. Verba
mea auribus et cetera. Ego vero pec
cator indignus petere non presumo vt in
clines michi aurem iusticie tue. qui
a illa est de qua dicitur. Scimus quia
peccatores deus non audit. sed instan
ter supplico et suppliciter oro/vt incli
nes michi aurem misericordie tue/ quia illa est
que peccatores non solum audit sed ex
audit. Ideo tibi cantat ecclesia. pecca
tores: te rogamus audi nos. Inclina
ergo aurem misericordie tue michi misero
peccatori/ quam aliquando pro peccatoris redempti
one sic inclinasti. vt filium tuum vnigenitum
in carnem mitteres/ et in mortem dares
O quanta fuit misericordie inclinatio hec tanta di
uine sublimitatis humiliatio In hac er
go magna misericordia tua/Accelera vt eru
as me. a magna miseria mea Vt e
ruas me non solum a miseria culpe/ sed
a miseria pene/ vt non solum a pec
catis / sed a penis quas pro hijs
merear eripias Et ideo accelera quia
magna esset pena mea traditas tua
Nam quod intardum est et longum in
oculis tuis / breue est et momenta
neum. quia mille anni ante oculos tu
os/quasi dies hesterna que preterijt.
Iam vero attendere/iam attente me
ditari libet. quorsum tendat et quantum
gradatim ascendit humilis oratio.
Prius enim petit vt liberes et a ma
lis eruas. deinde vt a malis ereptum
salues/et in bonis protegas Esto mi
chi inquit in deum protectorem et in
domum refugij: vt saluum me facias O
deus esto michi in deum. o protec
tor esto michi in protectorem. hoc
est. protege vt decet te. protege me
seruum tuum vt decet te deum meum.
Esto michi protector pius. tu qui es
omnipotens deus Et ideo Esto mi
chi in domum refugij. quia ad te om
nipotentem refugio/in te manere cu
piens/ego impotens. qui periclitans
in me subsistere non valeo O domus
refugij/sunt qui fugiunt a te/cum ta
men te effugere non possunt. sed quo
cumque diuertant/deum iratum inueni
unt vt scriptum est. Quo ibo a spiritu
tuo? et quo a facie tua fugiam? Mi
chi ergo nichil restat nisi ad te confu
gere. cuius oculis nichil potest late
re Sit itaque michi domus refugij.
vt in te saluum facias me. nam in te
solum possum quietari. in te solum
possum saluari. et inquietum est cor
meum/ donec quiescam in te. ideo
autem te et non alium quero. ideo

ad te et nō ad aliū fugio. ideo in te
nō in aliū manere ⁊ quiescere cupio
Quia tu/ ⁊ nō ali⁹/ es fortitudo me
a ⁊ refugiū meū Et ideo. Propter
nomen tuū deduces me et enutries
me O fortitudo mea/ o refugiū meū
iā spes mea crescit in te/ non in me.
Quia ꝓpter nomē tuū nō ꝓpter me
ritum meum/ et vt nomē tuum glo
rificetur deduces me. ⁊ dux meus e
ris ne aberrem a te/ ⁊ enutries me.
Ac velut nutrix michi eris / vt refici
ar a te ⁊ in te Tu es enī panis qui
angelos pascis. tu es qui nos pane
angeloꝝ pascere et nutriri ꝑmittis.
ꝫ vt hoc facere possis/ materna mi
sericordia vteris / et nutricis more.
nobis ꝑuulis lac non escā infundis
Solet enim mater ꝑuulū nutriēs
escam quam manducare nō est ydo
neus per carnem traicere / vt inde
lac posset infundere ꝑuulo. Sic tu
domine teipsum qui es panis ange
lorum. vt lac nobis faceres/ carne in
dutus venisti ad nos. vt grandi ci
bo angelorum ī lac cōuerso/ alamur
ꝑuuli. ac tandē eodem reficiantur
validi. O vtinam hoc modo enutri
as me/ qui velut ꝑuulus humiliter
peto refici a te Facies dn̄e facies hoc
omnino. si tamen humiliter peten
do pie ꝑseuerauero. ⁊ ideo iam quo
dāmodo spe securꝰ affirmare aude
o. Educes me de laqueo quem ab
sconderunt michi: quoniam tu es ꝓ
tector meus O domine deus. quia
tu es vere ꝓtector meus. ideo de tu
a ꝓtectione cōfisus / in te non in me
spero ꝙ deduces me de multiplici

laqueo quē absconderunt michi va
rij aduersarij mei. mūdꝰ videlicet.
caro atq; dyabolꝰ Heu me hij mag
ni aduersarij sunt. ⁊ qui michi mul
tiplicem laqueum absconderunt Est
enī laqueus gule/ luxurie/ auaricie/
suꝑbie/ inuidie/ ire/ ⁊ laqueꝰ accidie.
et vt breuiter dicam. est vbiq; ⁊ vn
diq; laqueꝰ. laqueꝰ a dextris/ laque
us a sinistris A dextris/ laqueꝰ pros
peritatis. a sinistris/ laqueꝰ aduersi
tatis Hinc ⁊ inde plures illaqueati
cadunt. Cadent inquit a latere tuo
mille. ⁊ a dextris tuis decem milia
Heu heu quis a tam multiplici tāq;
periculoso insidiarum laqueo me po
terit liberare Nisi tu domine. qui do
ces me vt audeā dicere tibi. educes
me de laqueo quē absconderunt mi
chi? O ꝓtector meꝰ. da vt te ꝓtegē
te cum illaqueatis nō cadam/ sed cū
liberatis dicam. laqueꝰ contritus est
⁊ nos liberati sumꝰ. Quia vero tu
solus es liberator meꝰ/ tu solus pro
tector meꝰ. ideo In manus tuas ꝯ
mendo spiritum meum. Placet do
mine/ ⁊ merito delectat me in huiꝰ
verbi cōsideratione īmorari diuicius
ac deuotiꝰ meditari. Dignū quippe
est hoc vocale v̄bū/ qđ in cruce ⁊ in
sue passiōis cōsūmatione vociferare
dignatur v̄bū eternū. in cuiꝰ rei ve
neratioē psalmꝰ iste hora ꝯpletorij
canit̄ qn̄ in ecc̄a diurni seruicij diui
nū officiū ꝯsūmatur Igitur dn̄e. da
michi dn̄e. da michi huiꝰ tā digni
tāq; venerādi v̄bi tui notare misteri
ū. da vt digne tibi dicere valeā. In
manꝰ tu. ꝯ. s. meū Hoc ē/ q2 tu solꝰ

potes me protegere. ideo spiritum meū ꝯmendo in protectionem tue potentie. Sz huiꝰ potentie tue due sunt manꝰ. non q̄dam carnaliter/ sed spūaliter intelligende. vna est manꝰ iusticie/alia mīe. De quibꝰ dicitur Manꝰ tue dn̄e fecerūt me Manu iusticie puniēdo percutis Manu mīe ꝑcendo protegis Manu iusticie quasi sinistra. manu mīe quasi dextra vteris/potentiam tuam ꝑcendo maxime ⁊ miserando manifestas. Ad vtrāqz ergo manum ad vtriusz manꝰ auxilium ꝯfugio/dum in manus tuas spiritū ꝯmendo. Ecce ergo dn̄e ego sū seruꝰ tuꝰ et peccator indignꝰ. qui aurem iusticie tue pulsare non p̄sumo/quia me insufficientem reputo ex ꝓprijs meritis. Ad manū tamē iusticie tue refugere audeo. non ex merito mee actionis/sz tue redemptionis. In manus tuas ꝯmendās spiritum meum. quia redemisti me domine deus veritatis O domine qui es deus veritatis. vtiqz me vere redemisti/⁊ in tua vera redemptione spē meā collocasti. O deus veritatis qui verꝰ ⁊ verax es Verus deus. quia tu es deus et p̄ter te non est aliꝰ Verax deꝰ. qui a falsum abhoeres ⁊ verū doces Vtiqz te docente credo qz me vere redemisti. ⁊ in ea qua me redemisti passione. me veraciter docuisti dicēs In manus tuas ꝯmendo spiritū meū O doctor optime/tu nō solū in vita sz in morte ⁊ in cruce pendēs. quasi in cathedra sedens / docere voluisti Tu cruci affixꝰ. cum iam non doctrine sz passionis tue ageretur negocium Vltima quedā vba ꝓducis in mediū. quibꝰ euāgelica dogmata tam diffuse dicta. iterū recapitulas/ ⁊ quasi breuibꝰ choartas capitulis Qz enī deo patri te derelictū ꝯquereris/ꝙ latroni ꝑadisū ꝓmittis/ꝙ inter supplicia pietate matris efficeris/ꝙ tu fons vite te sitire asseris/ꝙ tu ꝓ tuis crucifixoribꝰ veniā petis/ deniqz ꝙ omnibꝰ ꝯsummatis ꝯuictor migras ad patrem/ei spiritum tamen humiliter ꝯmēdare vis/ꝙ īquā hec oīa ī cruce dicis/ ī hijs certe tantis instruis documentis/vt in illo vboꝝ ꝯpendio/sicut quidam deuotus tuꝰ animꝰ/totiꝰ xp̄iane fidei ratio splēdeat vel pendeat/ ⁊ quasi de semine exiguo/seges vniuersitati credētiū ꝓfutura ꝯsurgat Sz quāuis dn̄e hijs tuis scīs vbis magna debeatur reuerēcia. ego tn̄ sūma deuotione venerandum esse puto verbū illud tuū/vltimo in cruce ꝓlatū. ⁊ longe ante a scō propheta tuo in ꝑsona tui p̄dictum In manꝰ tuas ꝯmendo spiritū meū O vbū lr̄is aureis dignū O vtinā detur michi vbi huiꝰ virtutē intelligere ⁊ doctrine ipsi subtilitatē attingere. Nōne dn̄e nōne tu qui deo patri ꝯmēdas spiritum tuū? nōne tu idē ip̄e es qui latroni ꝓmittis ⁊ donas ꝑadisum? Nec ꝓ latrone patrē rogas. sz potestatiue/indultis ei reatibꝰ/repente flagitiosum scīficas. ⁊ celestibꝰ inue his sedibꝰ ⁊ tecū in gloria locas O magnū et āmirabile fidei sacramētū/in vno hūanitatis tue hūilitatē:

in alio sublimitatē tue diuinitatis
oñdis Quia vt deꝰ latronē saluas.
⁊ vt homo patrē rogas In hoc igi
tur tq̄ magister bonꝰ facere ⁊ doce
re et exemplo doctrinā cōsūmare sa
tagis. Quia huīlitatē quā sumope
docuisti dicēs Discite a me qꝛ mitis
sum ⁊ huīlis corde. tādē in mortis
articulo ex ip̄a crucis cathedra/ sco
le tue/discipul' scz/ipꝛimere voluis
ti. nos enim in teip̄o deo/huīlitatē
huīlēqz obediētiā seruare. ac enim
spiritū nostrū huīliter reuerenterqz
submittēdo ꝯmittere mones ⁊ īstru
is. dū illo tuo v̄bo vltimo vitā doc
trinamqz tuam pariter finiēdo cō
cludis. In manꝰ tuas dñe ꝯmēdo
spiritū meū Da michi ergo dñe/da
michi seruo tuo. vt exēplo tuo doc
tus/ doctrinaqz tua instructꝰ. vere
humilis esse merear ⁊ in vera humi
litate tecū dicam In manꝰ tuas dñe
ꝯmendo spiritū meū. Da vt nūc ⁊
semp ⁊ specialiter in agone mortis
(sicut tu in ꝯsūmatione passionis) v̄
bū tuū vltimū humili ⁊ ꝯtrito corde
⁊ deuoto tibi ore dicere valeam In
manꝰ tuas. Da michi hoc dñe non
meis meritis. ꝫ quia redemisti me
deꝰ veritatis O bone ihesu/vere de
us meꝰ ⁊ redemptor meꝰ. hec tua
qua me redemisti gracia. est illa ius
ticia tua ꝓpter quā in te speraui/ne
in eternū confundar. sed in qua te li
berante ab eterna cōfusione eripiar
O liberator meꝰ. o ꝓtector meꝰ. o
domꝰ. o refugiū. o salꝰ. o fortitudo
mea/ ꝓpter nomē tuū qd̄ est ihesꝰ.
ꝓpter nomē tuū qd̄ interp̄tatur sal
uator/ deduces me ⁊ enutries me.
Propter hoc nomen sanctū tuū de
duces me a te errantē / et enutries
me ad te esurientē. Quia ꝓpter hu
ius tui noīs v̄tutem/ ꝓpter tue sal
uationis misericordissimā pietatē.
in illa tue redēptionis gracia ⁊ gra
tuita iusticia. totā spē totāqz fiduci
am meā pono. In illa fideliter fir
miterqz ꝯfidens/huīliter ⁊ reueren
ter postulo. vt de manibꝰ īimicorū
meoꝝ ⁊ a laqueo quē absconderūt
michi spiritū meū potēter educas.
ip̄mqz in manꝰ tuas ꝯmēdatū mise
ricorditer suscipias et finaliter post
hāc mortalē ⁊ erūpnosam vitā feli
citer tecum viuam Qd̄ tu prestare
digneris q̄ viuis ⁊ regnas in secula
seculorum Amen

Explicit meditatio deuota a do
mino petro episcopo cameracensi ꝯ
posita sup̄ p̄s° In te dñe ⁊ cetera